

1716.

1. Blaibach, Georgius Christopherus : De amygdaliis et cornu
persicaria.
2. Faerlinus, Iacobus Michelinus : De cornutis et
proacceptore
3. Fichtnerus, Iohannes Georgius : De co, quod pertinet
civica picturam.
4. Hildebrandus, Henricus : Leges commissariam seu
dictio Phoenicis adjectae . . . reabilitat.
- 5a. ². Hildebrandus, Henricus : Interpretatione finium
provinciarum ab his publiciorum. 3. Sept. 1716,
1717 et 1749
6. Hildebrandus, Henricus : De pacti reservationi officiis
7. Hildebrandus, Henricus : De intemperie civium
occasio contento.
8. Hildebrandus, Henricus : Tres peculiares quatuor
respublicae Norimbergensis.

9. Lier, Iohannes Jacobus: *Pactum praeparatorium
actionum procreas et non portacras.*

10. Mayer, Iohannes Jacobus: *An reprobatio post alterata
formam publicationem admissam est 3.*

11. Schwarzius, Gottl.: *De ornamentis cordicis veterorum*

12^a = Spiz, Eduard: *De corde. 2 Sculp.*

13^a = Spizius, Eduard: *Tarsus feustalis una cum
patroia capita. 2 Sculp.*

1717.

1. Richter, Iohannes Gregor: *De iure peregrinorum*

2. Fichtner, Iohannes: *De necessaria iurisprudentiae
cum philosophia et humaniori litteratura conju-
tiva*

- 3^a⁷
= H. Wobmann, Henricus : De jure W. et pauperum
seruorum electri Palatinus proprio. 2 Tomi
1717 = 1741.
4. Linck, Georg Henricus : De pactis urbis
5. Linckius, Thaddeus Henckelius : De probatione per
insignia et armis gentilium. Viz. Geschlech. Wappen.
Res. 1741.
6. Mullerus, Dr. Henricus. Scherzerus physico-politicus,
Item legislatorum medicorum, et varia illustrans
script. 1. dicta urbis
7. Schenker, Cornelius : De ortho et retracto fendi
- 7^a: Schwarzen, Christianus Gallius : De libris plena
libris.
8. Ster, Jakobus Janulus : De actione Iuli' mali
9. Tector, Dr. Wolfgang : De feudis imperii proprii
non oblatis numerantibus

16.

Zeltnerus, Gustavus Nequiss: De genibus coniugiorum
prohibitorum fundamento 3

1707. 3

DISPVVTATIO JVRIDICA
DE EO 1716. 3
QVOD JVSTVM EST
CIRCA
PICTVRAM
QVAM
DIVINA ASSISTENTE GRATIA
SUB PRAESIDIO
DN. IOHANNIS GEORGII
FICHTNERI
J. V. D. ET INST. IMP. PROF. PVBL.
PATRONI AC PRAECEPTORIS SVI
AETATEM DEVENERANDI
PLACIDAE DISQVISITIONI
SISTIT
AVTOR ET RESPONDENS
JOHANNES FRIDERICVS BONHOEFFER
HALA SVEVVS
AD D. FEBRVARII MDCCXVI.

ALTDORFI NORIC.
LITERIS IODOCI GVLIELMI KOHLESII ACAD. TYPOGR.

1515.

DRAVATIIO TARDIGY
G. G. G. G.
T. M. V. A. M. E. S. T.
H. A. S. A. M. A. T. H.
D. I. N. A. M. A. R. T. H. A. L. G. R. A. T. Y
D. I. C. H. A. M. N. G. E. G. O. R. C. H.
H. E. R. H. I. T. T. R. I.
L. U. D. U. T. T. I. M. P. C. O. P. T. W. I.
M. I. T. O. M. A. C. B. I. C. E. O. P. T. O. T. S. I.
M. I. T. O. M. A. C. B. I. C. E. O. P. T. O. T. S. I.
M. I. T. O. M. A. C. B. I. C. E. O. P. T. O. T. S. I.
J. O. H. J. O. H. N. I. E. R. R. I. O. F. T. C. A. S. B. I. O. N. O. H. I. E. R.
H. E. R. H. I. T. T. R. I.
A. N. T. O. N. I. C. A. S. B. I. O. N. O. H. I. E. R.
G. A. T. T. E. R. G. A. T. T. E. R.
G. A. T. T. E. R. G. A. T. T. E. R.



Vamvis pictura (quæ, Autore Althusio,
nihil aliud est, quam animalium, aut al-
terius rei delineatio, adumbratio, præ-
sentatio, vel idea quædam, L. i. Dicteo-
log. c. 39. n. 26. p. 148.) id non adeo
laudanda quibusdam videatur, quod
quodammodo plus voluptuaria, quam
necessaria & utilis fit, uti comprobat Anton. Floren. in 3.
Part. sua Summae T. 8. c. 4. §. 11. Item Seneca, qui Epist. 88.
Pictores, Statuarios & Marmorarios luxurie ministros
vocat; conf. Bodinus, qui hanc artem pictoram Hebraicis
fordidissimam, imo Turcis capitalem fuisse, acu, vel peni-
cillo, vel fusione rem naturalem adumbrare, testatur L. 3.
c. 8. de Republ. Attamen eandem tam ingeniositate,
quam utilitate & necessitate cæteris artibus fere palmam
præcipere, in propositulo est. Nam ut ait Franc. Patrius de In-
stit. Reip. L. 1. T. 10. Pictura eruditioñem maximam præ se
fert, & commercium cum Poëtica & Oratoribus habet.
Hinc & Laurentius Valla in Proœmio suarum Elegantiarum,
statuit: quod artibus liberalibus proximæ sint ars pingendi,
sculpendi, fingendi, architectandi. Cicero pro Cœnent. &
Plin. L. 35. c. 4. dicunt: Picturam esse tacitentem Poësin,
Poësin autem loquentem Picturam. Et certe magni inge-
nii est, & divinam prope cognitionem attingit, varias ani-
malium rerumque species sic mente concipere, ut peni-
cillo, & variis coloribus ita exprimantur, quasi in illis
nihil praeter spiritum desit. Et sane cum optimam pi-
cturam cernimus, id dicere possumus, quod Valerius
Martialis de Catella picta cecinit: Ipsam denique pone

cum Catella ; aut utramque putabis esse veram , aut utramque putabis esse p̄ctam . Legimus etiam bovem , ad aspectum p̄cta bovis mugisse , Equum ad aspectum p̄cta Equae hinnitum edidisse , & p̄ctis uis nonnullos fuisse deceptos , avesque ad p̄ctam speciem sui generis excitatas , refert Plin . L . 35 . c . 10 . Et quid vacua rationis animalia arte decepta miremur , cum hominis sacrilegam cupiditatem muti lapidi lineamentis excitatam videamus ? Quanta etiam vis sit picturæ , docet in elegantissima Ethopoeia Libavius , quam ex Regia Bibliotheca vulgavit Fridericus Morellus ad Statuum p . 59 . & 60 . & historia valde memorabilis extat apud Brunner . L . 7 . p . 170 . vid . fuse Rupert . ad Valerium Max . L . 8 . c . 10 . § . 3 .

§. II.

Nititur præterea Pictura fundamentis opticis , insig-
nium & rerum , & virorum magnorum servat memoriam ,
oculos favissime pascit , suis moralibus figuris animos mor-
talium mirifice delectat , umbras rerum affabre delineando ,
testa Caso . L . 8 . Sphär . Civitat . c . 3 . p . 482 . Quibus Aristote-
lis etiam suffragantur rationes , quando L . 8 . Polit . c . 3 .
pictura opus esse docet , non tam , ne in his rebus emen-
dis fallamur , quam ut corporum pulchritudinem , mensu-
ram , proportionem dignoscere , deque operibus Artificum
dextre possimus judicare , aut ad minimum suspicari , in
pulchro corpore pulchrum latere animum . vid . Scherb . in
Not . ad Aristot . p . 366 . Nullus enim , qui non didicit pin-
gere , potest recte judicare , ex Catone Heresbach de Educ .
& Erud . Princ . L . 13 . Part . 89 . Hinc infinitum arti decus ,
& ingenti pretio picturæ commendatae & una Apellis , seu
Protogenis tabula artificiofissime p̄cta , Rhodum obsidente
Demetrio , ab interitu servasse , & trecentis talentis æsti-
mata dicitur . Klock . de arar . p . 324 .

§. III. Cum

Cum igitur non solum recta ratio, sed insimul Lex hanc artem pictoriā magni faciat, vid. *L. 8. C. de metat.* Et Epidem. nec vera religio eandem damnet, dummodo intra metas usus legitimi contineatur, nec ad idololatriam, luxuriam & lasciviam inviteret. Senec. *Epiſt. 88.* confer. Theoph. Mosanus & Frider. Balduin. pro & contra disputantes in *Vindictis* und Bericht von Bildern/ qui allegantur a Jacob. Bornit. *Tract. de Rer. suffic. c. 93.* Inde picturam ceti artem gloriosam, utilem & excellentem summis laudibus evehen-dam esse, nemo facile negabit. Et quidem, quanto jam olim in honore & pretio habita fuerit, vel ex eo aestimare licebit, quod dignatione liberalium censeretur, & quidem in primo gradu, eamque solos ingenios exercere fas esset, interdicto perpetuo, ne servitia docerentur, teste Plinio *L. 35. c. 10.* Qua de causa & Imperator Justinianus motus, ut picturam inter modos acquirendi rerum dominia referret in *l. 35. I. de Rer. divis.* Et acquir. ips. Dom. ibi: Si quis in aliena tabula pinxerit, quidam putant, tabulam picturæ cedere: alii videtur, picturam (qualisunque sit) tabulæ cedere, sed nobis videtur melius esse, tabulam picturæ cedere. Ridiculum est enim, picturam Apellis vel Parrhasii in accessionem vilissimæ tabulæ cedere. Unde si a Domino tabulæ imaginem possidente is, qui pinxit, eam petat, nec solvat pretium tabulæ, poterit per exceptionem doli mali submoveri. At si is, qui pinxit, eam possideat, consequens est, ut utilis actio Domino tabulæ adversus eum detur: quo casu si non solvat impensam picturæ, poterit per exceptionem doli mali repelliri, utique si bona fide possessio fuerit ille, qui picturam imposuit. Illud enim palam est, quod sive is, qui pinxit, subripuit tabulas, sive alius, competit Domino Tabularum furti actio.

§. IV.

Hoc igitur S. ostendit Imperator, quod olim inter veteres J^ctos maxima controversia fuerit, utrum pictura tabulæ, an contra tabula picturæ cedat. Nam J^ctus Paulus naturali ratione considerata censuit, picturam cedere tabulæ: quia necesse sit, id ei rei cedere, quod sine illa esse non potest. L. 23. §. 3. ff. de R.V. Ast J^ctus Caius, quem Imperator Justinianus in d. 6. 35. l. de Rer. divis. securus est, contra statuit, tabulam nimirum picturæ cedere. L. 9. §. 2. ff. de Acquir. Rer. Dom. His enim ridiculum visum est, præstantissimam nobilissimamque picturam in accessionem vilissimæ tabulæ cedere, cum plerumque plus sit in manus pretio sive artificio, quam in re ipsa, & cum picturæ pretium non in substantia rei, sive tabulæ, sed in arte sit positum. L. 13. §. 1. & L. 14. ff. de V. S. Atque ita illorum sententia complectitur exceptionem a naturali regula, qua alias adjunctum cedit subiecto. Cujus exceptionis quadruplicem reddit rationem Harpr. ad c. §. Tum quia pictura tanquam singularis ars intervenit, adeoque hic nulla omnino proportio est inter vilissimam tabulam & præstantissimam imaginem, sive picturam. c. L. 14. ff. de V. S. tum, quia pictura tanquam singulare aliquod opus, non tanquam simplex tabulæ accessio, sed specificatio quædam formam tabulæ addens (ut non amplius tabula, sed pictura sive imago sit) esse videtur. Gedd. ad di^r. L. 14. n. 12. ff. de V. S. tum etiam, quia picturæ singulare indulsum est privilegium, quo Liberalium Artium Professoribus Pictores exequantur. L. 8. C. de metat. tum denique, quia & alias interdum ob insignem artis præcellentis peritiam a communibus regulis recedi solet, uti videre est ex L. 44. in pr. ff. de A^dilit. Edi^r, arg. L. 31. ff. de pœn. Alciatus L. 1. de V. S. num. 51.

§. V. Qui-

§. V.

Quibus præsuppositis nunc facilis est reponsio ad c. l.
 obst. 23. §. 3. ff. de R. V. nimirum veteres JCTos, Paulum
 puta & Cajum, de hac quæstione quidem dubitasse, sed
 Imperatorem in hoc nostro S. repudiata Pauli sententia,
 eam, quam Cajus tenebat, approbasse, siveque litem illo-
 rum decidisse, id quod manifeste patet ex verbis S. sed
 nobis videtur melius esse &c. Inde prædictæ sententiae Caji
 & Justiniani non obstat locus Caji in fragment. Instit. L. 2.
 tit. 1. ubi expresse habetur: statutum esse, ut tabulæ pi-
 ctura cedat. Nam dicendum est, istum locum a Gothis
 depravatum esse, cum non verosimile sit, Cajum sibi ipsi
 contrarium esse. Inde in genere Dd. afferunt, istas Caji
 Institutiones ad nos puras & integras non pervenisse, sed
 a Gothis immutatas & depravatas fuisse, adeoque contra
 Jura ff. & Institut. nihil probare posse, præsertim cum nulla
 Imperatoris autoritate suffulta aut confirmata sint. Harpri
 ad §. 34. I. de Rer. Divis. Manet itaque firmum, quod ta-
 bulæ picturæ cedat, & Pictor Dominus picturæ sit, p'oin-
 deque directam Rei vindicationem habeat ad petendam
 tabulam, cuius possessionem forte amisit. c. L. 9. §. 2. ff. de
 Acquir. Rer. Dom. & §. 35. I. de R. D. etiam si non Apelles
 aliquis aut Parrhasius, sed alius longe inferioris notæ pictor
 imaginem in aliena tabula pinxerit. Cum enim Cajus,
 cuius sententiam Imperator approbavit, simpliciter pro-
 nunciaverit placere tabulam picturæ cedere. c. L. 9. §. 2. ff.
 de A. R. D. sane rationi non satis convenit, ob excellen-
 tiam hujus vel illius artificis jus in universum mutare.
 Quamobrem Vinnius recte existimat, Justinianum insig-
 nium horum Pictorum meminisse, quia eximiorum hu-
 jusmodi artificum picturæ causam dederunt huic Juri: in
 universum autem non artificis, sed artis præstantiam spe-
 ciasse cum cæteris.

§. VI. Sed

§. VI.

Sed queritur hic, quomodo pristino Domino Tabulæ consulatur? Et respondetut, per utilem Rei vindicationem. Cum enim omnibus, qui rem suam sine facto suo hoc jure amittunt, actione aliqua succurratur, qua, si non rem, saltem pretium consequantur, utique æquissimum est, ut & hoc casu Domino Tabulæ, qui rem suam similiter amisit, succurratur, illique ex eadem æquitatis ratione hæc actio accommodetur. Id quod hoc casu eo facilius admittitur, quia tabula eadem est, & integra manet, & hoc respectu etiam quodammodo ejusdem: sicuti & alias tignum alienis ædibus junctum similiter ratione ejusdem Domini manere dicitur in §. 30. I. de R. D. & A. I. D. proinde nec dubitandum, quin aliquando deleta pictura, aut inducta, in pristinam causam Tabula redeat, & a Domino pristino recte vindicari possit, arg. L. 59. ff. de R. V. & L. 2. C. eod.

§. VII.

Verum hic illud notandum, quod illi, qui pinxit, hac parte juris consulatur, si bona fide pinxerit in aliena tabula, quam putabat suam. De eo autem, qui pinxit in aliena sciens, idem placuit, quod de eo, qui sciens in alieno solo ædificavit, scil. ut & pictor intelligatur operam & rem, quam contulit, sua voluntate amisisse, similiter ut ille materiam & operam. I. 7. §. ex diverso 12. ff. de Acquir. Rer. Dom. Et ideo, qui mala fide pinxit, non modo non habet actionem in rem adversus Dominum tabulæ, si forte possessionem tabulæ amisserit, quantumvis ejus pretium offerat: sed etiam, si, eo possidente, Dominus tabulæ, tabulam ab eo petat, non oblatio pretio picturæ, tabulam suam consequi debet cum pictura, ac possidenti vix illa est exceptio ad pretium operæ, & sumptus retinendos. L. 9. §. 2. ff. de

de A.R.D. & S. cum in suo. l. de R.D. l. 7. §. 12. ff. de A.R.D. Hoc amplius & pictor, qui tabulam alienam esse scivit prius, quam pingueret, & furti & conditione furtiva Domino tabulae tenetur, nec distinguitur, utrum ipse surripuerit an alias. c. §. Ut enim ipse non surripuerit, attamen hoc ipso furtum facit, quod rem alienam sciens invito Domino contrectat. §. 6. *l. de Oblig. que ex del. nasc.*

§. VIII.

Non reticenda est & hoc loco illa quæstio : Si tertius aliquis pictam tabulam possideat, & existant eodem tempore Dominus tabulae, & pictor, qui rem a possessore vindicent, uter alteri sit præferendus ? Et licet plerique non sine ratione statuant, pictorem præferendum esse, quippe qui Juris auctoritate verus Dominus factus, etiam directam in rem adversus possessorem tabulae actionem habet, cum tantum utilem habeat tabulae Dominus. Vinn. ad §. 34. *l. de R.D.* Accurs. ad L. 9. §. 2. ff. *de A.R.D.* & ibidem alii : attamen non desunt, qui autumant, parem utriusque causam in hac re haberi debere, sive utrumque admitti ad agendum, sed meliorem esse conditionem occupantis, i. e. ejus, qui prior ad sententiam pervenerit. L. 3 ff. *quod cum eo, qui in alien. pot.* L. 31. ff. *de Rei vindic.* L. pen. ff. *de Hered. petit.* L. 9. ff. *de liber. cauf.* L. 8. §. 4. ff. *de Leg. at.* 2. Donell. l. 4. *Comment. de Jure Civ.* c. 36. Bočer. ad c. §. 35. *l. de R.D. n. 19.* ubi ait, ita se in simili casu aliquando consultum respondisse. confer, omnino Harpr. ad c. §. 34. ubi in fine subjicit: *Quid vero statuendum, si ambo eodem tempore ad sententiam pervenerint, ut unus declaretur Dominus tabulae, alter pictus?* Hoc utique casu jubebit Judex, tabulam pictori restitui : ita tamen, ut simul Domino tabulae eadem sententia prospiciatur, i. e. ea lege, ut pretium tabulae Domini no eius praestet. Sic enim directae vindicationi plus tribuet,

B

si a

si a pictore initium fecerit. Quod si neget pictor se pretium tabulæ præstare velle, quia gravetur hic quicquam impendere, jubebit Judez Dominum tabulæ tabulam auferre eadam lege, ut picturæ pretium pictori exsolvat. Si neuter hanc conditionem in se recipere volet, ut quicquam præstet alteri, ipsi in eandem rem concurrentes, quam simul obtinere non possunt, mutuo concursu se impedient. arg. l. 34. in pr. ff. de Uſuſr.

§. IX.

Tandem quia in textu supra citati §. I. de R. D. Apel-lis & Parrhasi, duorum insignium pictorum, fit mentio, de utroque ea, quæ commemorat Harpr. ad c. §. huc re- ferre haud inconveniens erit. Parrhasius igitur Ephesinus primus symmetriam picturae dedit; primus argutias vultus, elegantiam capilli, venustatem oris expressit, & confessione artificum, in lineis extremis palnam adeptus est. Is ascendisse in certamen cum Zeuxide Heracleote, pi-ctore sua ærate maximo, traditur: Et cum Zeuxis detulisset uvas pietas, tanto successu, ut in scenam aves advolarent, Parrhasius fertur detulisse linteum pictum, ita veritate re-præsentata, ut Zeuxis alitum judicio tumens, flagitaret tan-dem remoto linteo ostendi picturam, atque intellecto er- ore concederet illi palnam ingenuo pudore: quoniam ipse volvices fefelleret, Parrhasius autem se artificem. Fer-tur & postea Zeuxis pinxit puerum uvas ferentem, ad quas cum advolassent aves, eadem ingenuitate processit iratus operi, & dixit: Uvas melius pinxi, quam puerum, nam si & hunc consummassem, aves timere debuerant. Ad Apellem patria Coum quod attinet, omnes is prius ge-nitos, futurosque postea artificio superavit & picturæ plura solus prope contulit, quam cæteri omnes. Illud scitu notatique dignum est, inter eum & Protogenem, Pi-to-rem

rem nobilem, patria Cauñium, quod accidit. Iste Rhodi vivebat, quo cum Apelles adnavigasset avidus cognoscendi opera ejus, fama tantum ubi cogniti, continuo officinam petuit. Aberat ipse, sed tabulam magnæ amplitudinis in machina aptatam picturæ, anus una custodiebat. Hæc Protagenem foris esse respondit, interrogavitque, a quo quæstum diceret. Ab hoc, inquit Apelles, arreptoque penicillo lineam ex colore duxit summae tenuitatis per tabulam. Reverso Protageni, quæ gesta erant, anus indicavit. Ferunt artificem protinus contemplatum subtilitatem, dixisse, Apellem venisse; non enim cadere in alium tam absolutum opus: ipsumque alio colore tenuorem lineam in illa ipsa duxisse, præcepisseque abeuntem, si rediisset ille, ostenderet, adjiceretque, hunc esse quem quæreret: atque ita evenit. Revertitur enim Apelles, sed vinci erubescens, tertio colore lineas secuit, nullum relinquens amplius subtilitati locum. At Protagenes vixum se confessus, in portum devolavit, hospitem quærens. Placuitque sic eam tabulam posteris tradi, omnium quidem, sed artificum præcipuo miraculo. Sed & Apelli fuit perpetua consuetudo, nunquam tam occupatam diem agendi, ut non lineam ducendo exerceret artem: quod ab eo in proverbium transiit. Idem perfecta opera proponebat in pergula seu porticu transeuntibus, atque post ipsam tabulam latens, vitia, quæ notarentur, auscultabat, vulgum diligentiorem Judicem, quam se præferens. Feruntque a futori reprehensum, quod in crepidis una intus pauciores fecisset anfas: eodem posterò die superbo emendatione pristinæ admonitionis cavillante circa crus, indignatum prospexit se denuntiantem, ne supra crepidam futor judicaret: quod & in proverbium venit. Verum de hoc, & aliis plurimis iisque celebratissimis Artificibus prolixe & egregie disse-

runt Plinius L. 35. natur. b. c. 9. & seqq. itemque Balthas.
Castilio L. 1. de Curiali, sive Aulico, ex Italico sermone in
Latinum converso a Barthol. Clerke, Anglo, p. 82. & seqq.

§. X.

Utilitatem picturæ quod attinet, illam ex multis variisq;
rerum argumentis colligere licet. Non modo enim, ut supra
dictum, gratiam habet & delectationem mirificam præbet,
verum præteriorum rerum memoriam servat, & Historiam
rerum gestarum ante oculos nostros perpetuo præfert.
Quot operum vetustate delapsorum memoria interierisset, nisi
pictura vindicasset? Nihil de antiquitatis maiestate con-
staret, ac pene facta mortalium inumbrata obsolevissent,
nisi ars hæc Thermas, Theatra, Statuas, Colosso, Urbes
& ipsas gentes in chartas conjecisset, ut non immerito Ra-
phaëlis Sancti, Urbinate Pictoris, vel, ut alii volunt, Mi-
chaëlis Angeli tumulo inscriptum sit: *Ilo fospite naturam
vinci, nec mori potuisse.*

§. XI.

Inde & picturas publicas maximam quandoque vim
probandi habere, eleganter deducunt Cornelius Frangi-
pane in *alleg. de Verit. Hist. Pontif. Alex. III. P. I. n. 8. &*
seqq. p. 9. nec non Trentacinq. L. 2. *Resol. de probat. Resol. 6.*
Limn. L. 2. c. 4. n. 92. Scheffer. *de arte pingendi s. 5. p. 19. &*
20. præprimis vero Insignia depicta in antiquis probare
communiter tradunt Dd. in *can. Quicunque. dist. 30.* Jason
& Dd. in *l. cum aliquis. C. de Jur. delib.* Sic insignia Principis
in curia aliisve locis, Wappen an den Thoren/ Tafern/ Raths-
häusern depicta Jurisdictionem probare dicuntur, Barthol.
Chaffan. *P. 1. confid. 55.* Hieronym. a monte *in tract. fin. res.*
c. 7. n. 5. Matth. Wehner. *in Obs. Practic. lit. H. verb. Helm*
und Schild. Natta Confil. 636. n. 92. Hinc mœniorum domi-
nium

nium illius esse censetur, cuius insignia in iis depicta sunt.
 Roland. a Valle *Consil.* 84. n. 23. *Vol.* 2. Speidel. *in suo Specul. lit. W. verb. Wappen.* ubi post alios armorum, & insignium picturam intus vel extra civitatem ædibus publicis & muris appositam superioritatis, dominii, & possessionis publicam tesseram esse ait. Et insignia armaque depicta in Ecclesia arguere Jus Patronatus tradit Matth. Wehner. c. l. post Joseph. Mascard. *de probat. concl.* 960. n. 21. Menoch. L. 3. *de presumpt.* 130. n. 31. Cravet. *de Antiq. tempor. art. 2.* §. 8. n. 12. & seqq. Ejusmodi enim insignia quando in Ecclesiis depicta inveniuntur, in symbolum Juris Patronatus depicta censentur. Inde etiam, si quis illa insignia picta contumeliose delet, picturas abradit aut corripuit, gravissima injuria reputatur. Bernh. Walther. *de Jure Austriae* l. 4. tit. 108. §. 9. Forsterwald. *Praet. Obs.* L. 3. obs. 105. n. 3.

S. XII.

Ab hoc loco non aliena est hæc quæstio : Utrum eo casu, quo civitas, pagus, castrum, vel domus ad alterius Familiae dominium sive per donationem, hereditatem, venditionem, sive alium transferendi dominii modum per venit, prioris Domini insignia depicta sine injuria delere, abradere, amovere, & in locum eorum novi possessoris substituere liceat ? Et hoc affirmari potest arg. L. 1. *in pr. C. de Lat. Lib. toll.* ubi absurdum esse ait Imperator Justinianus, origine rei sublata, ejus imaginem relinqu. Cum ergo insignium in loco existentium fuerit dominium, hinc eo mutata, mutatur etiam status & conditio rei, cessante que causa causæ, extinguitur sequela & accessorium ejusdem. cap. cum cessante. X. *de Appellat.* Tiraquell. *in Spec. tr. cessante causa per tot.* Nisi aliter inter partes actum fuisse

appareat, quo casu pacta servanda. L. 1. ff. de Adil. Edid.
l. 1. ff. si conveniat. ff. deposit. l. 1. ff. de pact.

§. XIII.

Quod etiam Idiotis & Analphabetis pictura pro lectio-
ne esse possit, indicatur in can. 27. dist. 3. de consecr. ibi:
Perlatum ad nos fuerat, quod inconsiderato zelo succen-
sus, Sanctorum imagines sub hac quasi excusatione, ne
adorari debuissent, confregeris. Et quidem, quia eas ado-
rari vetuisses, omnino laudavimus: fregisse vero repre-
hendimus. Dic frater, a quo factum Sacerdote aliquando
auditum est, quod fecisti? Si non aliud, vel illud te non
debuit revocare, nec despexit alii fratribus, solum te san-
ctum esse crederes, & sapientem? Aliud est enim pictu-
ram adorare; aliud per picturæ historiam, quid sit ado-
randum, addiscere. *Nam quod legentibus scriptura, hoc
idiotis præstat pictura cernentibus: quia in ipsa etiam igno-
rantes vident, quid sequi debeant: in ipsa legunt, qui lite-
ras nesciant.* Unde & præcipue Gentibus pro lectione pictura
est. Sic porro in can. 28. dist. 3. de Consecratione dicitur.
Venerabiles Imagines Christiani non Deos appellant, ne-
que serviunt eis, ut Diis, neque spem salutis ponunt in eis,
neque ab eis expectant futurum judicium; sed ad memo-
riam & recordationem primitiorum venerantur eas, &
adorant: sed non serviunt eis cultu divino, nec alicui crea-
turæ. conf. c. 29. ejusd. dist. 3. de Consecrat.

§. XIV.

Huc in primis etiam faciunt ea, quæ B.D. Wagenseil,
in dissert. epistol. ad Job. Fechtium de Infundibuli sui occasione,
more suo eleganter edidierunt. Verba ipsius Autoris huc
afferre lubet: Ergo ut potero, inquit, breviter indicabo
methodum exilem & facilem, cuius præsidio, quasi per in-
fundit-

fundibulum, non in juvenes tantum ingenuos, sed cuius-
 cunque sexus ætatis ac conditionis homines, divinarum &
 humanarum rerum notitia aliqua potest transfundi. Sci-
 licet ea ineunda via est, quam Natura exerto digito ofte-
 nit: hanc enim vel furca mihi expellere quis laboret, nun-
 quam tamen efficiet, quo minus maximi, medioximi,
 minimi; viri, feminæ; senes pueri; divites egeni pictura
 & Emblematum capiantur. Imaginibus pictis nitent Basi-
 licæ Supremi Numinis. His Reges Atria; Principes Aulas;
 Satrapæ (& testor hos parietes, quorum effigies non cor-
 porum tantum, sed & animorum figuræ exhibent) Palatia;
 Cives, domos; Pauperes, tabernas; Rustici tuguria exor-
 nant; nec fortasse in Europa reperiire est ullum hominem,
 qui non aliquid rei, saltem quomodocunque pictæ aut scul-
 ptæ possideat. Etiam Cappucini, qui nihil cæteroquin præ-
 ter cucullum & restim in bonis habent, icunculis divites
 sunt, easque inter notos ignotosque dispensant. Pueri &
 puellæ alphabeta discere recusant, si liber nulla imagine
 fulgeat: non sapit ijs mellitus panis, nisi Cæsar, Princi-
 pis, vel sponsi aut sponsæ speciem referat; agricolis nostris
 in fastis expressæ icones tempora distinguunt. Ipsi Ju-
 dæis adeo nunc convenit cum picturis, eaque non tan-
 tum in rituales & historicos libros excusos promiscue, sed &
 sacros interdum Codices admittuntur. Est penes me Fra-
 gmentum Pentateuchi MS, cuius margines historias ver-
 bis significatas imaginibus, sed rudibus, oculis fistunt.
 Astervat ip Furteni vico Judeus, Eissig, Estheræ volumen,
 scriptum pictumque manu in longitudinem tam nitide &
 eleganter, ut ab Hebræo homine tale quid potuisse profi-
 cisci, nemo satis mirari queat. Quod tamen addendum,
 ex libris ejusmodi, cum res divina sit, legere non licet: quod
 religiosis usibus dicatos, prisca simplicitas magis, quam
 picto.

pictoriæ artis deçet ostentatio. Jam porro nemo unus tam
 vecors est, qui, si ficti aut picti quid possideat, non tan-
 gatur cupidine sciendi, qualis sit imaginum suarum signi-
 ficatio, quid velint, sacramne rem, an profanam innuant.
 Ergo quia hoc gratum est, omnes, quotquot ratione utun-
 tur, naturæ inclinatione, & amare imagines & nosse cu-
 pere illarum tenorem, iijudo consequitur, si in illis divi-
 næ & humanæ res effigientur, futurum hoc medium, quo
 eas, cuiusvis ætatis, Iesus & conditionis homines addi-
 scant. Atque hoc hercle factum est. Extat liber haud ma-
 gnæ molis, Noribergæ, impensis Johannis Hofmanni ex-
 culus, qui, Kleine Historische Kinder-Bibel / nomen, Bartho-
 lomæum Lendericum, Altorthnæ Universitatis Notarium,
 autorem habet; is mere omnes totius Veteris & Novi Te-
 stamenti historias verbis primò, quantum satis, enarrat,
 deinde in effigiebus spectandas proponit; atque ex hoc
 pueri & puellæ, adulti etiam, si sacrarum historiarum ru-
 des sint, (talium enim unice res agitur) earum cognitio-
 nem nullo negotio consequi possunt, maxime, si in gra-
 tiam teneræ ætatis, ditiore Parentes, imaginibus ipsis, co-
 lores & aurum illinendi sumtum faciant. Extat præterea
 volumen Francofurti impressum, quod inscribitur: Joh.
 Lud. Gottfridi Historische Chronica der vier Monarchien von
 Erschaffung der Welt bis auf unsre Zeiten mit Kupffer-
 stücken gesiert durch Matth. Merianum: In isto ergo, quic-
 quid notabilium rerum inde a mundi primordiis ad hujus
 usque seculi initia accidit, & sedula recensione, & emble-
 matibus expressum est tam scitis, ut nihil supra. Ac fuere,
 qui mihi asseverarunt, Augustam quondam Sueciæ Regi-
 nam Christinam, captam illarum iconum pulchritudine,
 typos emisse, & inaurari curasse, itaque librum cum suo
 ornatu amplius edi non posse. Ex hoc proinde opere,
 modo

modo recte (nam ætati, indoli, moribus discipuli attemperare se debet sapiens Præceptor) id inculcetur, quicquid uspiam gestum est, discet, qui nondum ære lavatur, puer, discet adultus, qui duro initio adolescentiae usus, nulla bonarum rerum, & adeo ne literarum quidem peritia, leviter fuit tinetus. Garrient sic de rebus sacris & profanis inter se pueri, & pueræ nec in convivio lapis super lapide sedebit adultus; modo enim quis utriusque libri imaginibus designata scripta habeat in animo, vix aliqua in sermoninando sese offeret materies, de qua ille penitus silere cogatur. Quam ob rem nititur hæc mea ars communis illo & trito, quodque in proverbi consuetudinem abiit dicto: *Imagines pictas aut sculptas idiotarum ac illiteratorum libros esse.* Unde si res & ætas & occasio ferunt, duobus a me dictis alios superaddere licet, istos tamen pro fundamento sterni velim; istis viam ad alia muniri, atque istos, si insundibili nomine, quorum ope in cuiusvis sexus, ætatis & conditionis homines, divinarum & humanarum rerum cognitio aliqua potest transfundiri, insigniam, num quis habet, quod jure reprehendat? Scio, quid dicam: non inexperitus & insuetus, sed exercitus hæc proloquo. Feci periculum in Principibus juventutis, Potentissimi Sueciae Regis Patruelibus, cum fidei mei crediti essent; feci periculum in meis liberis, feci in aliis; & nec operam nec oleum unquam fere perdidi, sed me monitorem consilium morigeros obsequium delectavit impense. Hucusque Wagenfeil, c. l.

§. XV.

Quin etiam legendo picturas, in quibus præclara facinora exprimuntur, excitamur ad studium laudis, & ad magna negotia obeunda, veluti si aliquius historiæ monumenta volverimus, vid, Dœpler. *Theatr. Pœn. Supplic.* Exe-

C

Exe-

Execut. Crim. P. II. c. 52. n. 54. ubi ait: Die Spartaner haf-
ten den Gebrauch/dass sie der vornehmen Helden und tapfersten
Männer Bildnisse in ihre Rathstuben stelleten / und folgende
Schrift darüber machten:

Si fueritis scuti isti, eritis scuti isti.

Führten die Jugend hinbey/ ließen sie die Contrafaita anschauen/
und strichen dabei ihre Eugenden und vortreffliche Thaten ge-
waltig heraus / um sie zur Nachfolge anzureizen. Wie dann
auch die Römer die Bildnisse ihrer Eltern und Ascendenten/
auch anderer vornehmen Freunde und Leute / von Wachs bis
an die Schultern gemacht/ oder auch gemahlet/ an einem gewis-
sen Ort oder Gemach ihres Hauses aufzuheben pflegten/ solche
nicht allein ihren Kindern zeigten / und denenselben an Eugen-
den/ Tapfer- und Geschicklichkeit nachzufolgen treulich ermah-
neten ; sondern auch wann sie oder ihre Blutsfreunde eine Leiche
hatten / und dieselbe bestatten wolten / wurden diese Bilder und
Gemählde / sonderlich der Vorfahren / als ein Zeichen ihres
Adels und vornehmen alten Geschlechts / nachdem einer dersel-
ben viel hatte / und zum Theil sein rauchericht aussahen/ vorher
getragen. Doch durfste dieses keiner thun oder vornehmnen/ de-
ren Vor-Eltern oder er selbst nicht Curules Ädiles, Prætores,
Censores oder Consules gewesen : dann solches ansangs nur
denen Patriiis zufam. Carol. Sigon. *de Antiq. Jur. Civ. Rom.*
L. 2. c. 20. Rudolph. Gottfr. Knichen. *Oper. Polit. T. I. L. 2.*
c. 5. p. 910. Eben als wie heut zu Tag bey grosser Herren / it.
tapfferer Kriegs-Officier , auch Vornehmer von Adel Leich-
Begägnissen/ Fahnen/ Schilde/ Wappen und allerhand Wafe-
sen pflegen vorgetragen / und hernach in den Kirchen/ wo sie
ihre Begräbnisse haben / bey ihren Epitaphiis , daran oft ihr
Contrafait und Bildniß gemahlet/ pflegen angeheftet zu werden:
Wolffg. Lazius *L. 9. Comm. Reipubl. Rom. c. 1.* welches bey
uns Deutschen schon eine alte Gewohnheit ist/ deren auch Tacit-
tus

tus de Mor. Germ. gedenket / ibi : Struem rogi nec vestibus
 nec odoribus cumulant, sua cuique arma quorundam igni
 & equis adjicetur. Daher dann die Gewohnheit geblieben/
 das bey hoher Potentaten Ritter und tapferer Kriegs-Obersten
 Leichbegängnissen/ die Leib- und Trauer-Pferd noch auf den heu-
 tigen Tag vorgeführt werden : gestalt dann auch in Frank-
 reich üblich ist / das man auf des Königs oder dessen Prinzen
 Leich-Bestattung / ihre eigene Contrafaite noch voran träget.
Draco de Orig. & Jur. Patric. l. 1. c. 6. n. 11. Speidel. in Spec.
Jur. V. Bildnissen p. 152.

S. XVI.

Porro legendo picturas , in quibus horrenda reorum
 facinora & crimina exprimuntur , ab ejusmodi facinoribus
 & criminibus deterremur. Inde usu quoque inolevit , ut
 quandoque post Executionem peractam , ad majorem de-
 testationem criminum , tabula , in qua picta , scripta &
 annotata sunt omnia & singula reorum facinora , rotæ , pa-
 titulo & alijs locis publicis affigatur. Idque propterea ,
 ne executio poenæ oblivioni statim tradatur , sed homines
 longe diuque istius memores ab ejusmodi facinoribus &
 criminibus deterreantur , cum finis poenarum sit , ut inde
 homines emendentur , & peccare oderint saltem (ut Flac-
 cus canit) formidine poenæ , si non virtutis amore. L. 27.
 §. paſta. ff. de paſt. l. 6. §. pen. l. 20. ff. de poen. Poena enim
 unius est falso multorum. can. Quid ergo. c. 23. qu. 5. c. Nec
 is. cauf. 15. qu. 1. Quod haud obscure probat Callistratus
 in L. 6. de cognit. Famosos , inquiens , latrones in his locis ,
 ubi grassati sunt , furca figendos compluribus placuit , ut &
 conspectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus , & solatio
 sit cognatis & affinibus interemtorum , eodem loco poena
 reddita , in quo latrones homicidia fecissent. L. 28. §. 15. ff.
 de poen. conf. Jod. Damhoud. in Prax. Crim. cap. 86. n. 7.

it. Doepler. cit. Tr. P. I. c. 1. ubi num. 19. ait: In Ansehung
dessen haben vor Alters die Regiments-Räthe in Griechenland/
damit sie böse und ruchlosen Leuten Zucht und Erbar-
keit lehren / in den Tempel ihres Abgotts zu Delphis allerhand
schreckliche Bilder / wie die und jene Person / so nicht Rechte
gethan / durch den Scharfrichter grausam sey vom Leben zum
Tode gebracht worden/ mahnen lassen/ mit der Bedeutung/ wol-
ten sie ein besser End nehmen / müsten sie solche Unthaten nicht
begehen. Fast ein gleiches referiret Erasmus Francisci in sei-
nem neupolirten Geschicht-Kunst- und Sitten-Spiegel/ in Be-
schreibung der Sineser Gerichts. Säle/ L. 2. discurs. 2. pag. 316.
wann er also sehet: In einem grossen Saal / so in Form eines
Vortempels gebauet / und von oben bis unten mit vielen Ge-
mählden besetzt / waren allerhand schreckliche Straffen vor ges-
stellt/ so die Scharfrichter in schrecklicher Gestalt/ grausamer
positur und Geberdung / an Leuten von allerhand Stand vollzogen.
Unter jedweden gemahnten Execution lasse man eine solche
Überschrift: Dieser wird mit einem solchen Tode gestrafft/ weil
er eine solche Misshandlung verübet hat. War also an denen
Gemählden eine Erklärung entworfen/ wes Todes eine jedwede
Missethat schuldig wäre/ auch wie streng und scharff solche Le-
bens-Straff exequiret würde.

S. XVII.

Huc porro ea referri merentur , quæ idem Doeplerus
de Executione in Effigie annotavit in cit. Trag. P. 2. c. 52.
n. 1. & 2. his verbis : Wann diejenige/ so etwas hartes ver-
brochen / entweder ein crimen læsæ Majestatis begangen/ oder
auch wohl eine rebellion angestiftet und erreget haben/ sehen/
dass es übel ablauffen/ und die Straff sie treffen werde/ pflegen
sie gemeinlich sich in Zeiten aus dem Staub zu machen/durch-
zugehen und in fremde Länder zu ziehen. Damit nun diesel-
ben nicht meynen möchten / sie wären ganz sicher / und könnten
man

man ihnen nichts thun / sondern noch wohl dazu ins Fäustigen
lachen / daß sie solcher gestalt echapiret : So ist loblich / und
wohl eingeführet / daß man solchen ausgetretenen Missethätern/
sie mögen lebendig oder Tod seyn / den Proces mache / und nach
Endigung dessen / auch geschehenen rechtlichen Spruch / die Exe-
cution, und was sie vor eine Straß verdient / an ihrem ge-
mahnten Bildniß ergehen und vollstrecken lasse.

— Quid enim Lex scripta juvaret,
Supplicii cum terror abest, cum vindice poena
Ulcisci se laeta nequit ; dum Judicis iram,
Enses atque rotas minitantis negligit absens
Crimen, mordaci displodens cuncta cachinno,
Noxaque se notis condit secura latebris.
Ergo ne toties facinus dimitta inultum,
Iufa ultrix scelerum, Nemesis, confurgit in iras,
Invenitque vias, quibus & fugitiva prehenserat
Flagitia, atque reos ferali destinet ensi,
Nec mora in absentes sententia fulmina torsit,
Elapsis metuenda reis : Cœpere nocentum
Corpora piæta manu veris visenda figuris,
Raptari admotis, visu crudele caballis.
Hinc ubi supplicii consueuit scena theatrum
Pandere, sumunturque nefando ex sanguine poena,
Nec nisi præsentem plebs circumfusa necari
Judicat, ex notis agnoscens oribus ora.
Jamque micat gladius, venit & post fulgura fulmen,
Immanique idu caput a cervice revellit.
Effigies truncata cadit; plebs diriget omnis
Conspectu in medio, ferique stupescit acumen
Vulnere insolito hærentis : Lictorque futura
Ad vivum apposita præludit imago morti.
Henr. Zobel. in *Diss. Inaug. de Exec. in Effig. Tubing.*
An. 1677. tb. 3.

Welches auch schon vor Alters üblich gewesen: Dann es warden denen / so sich entweder im Krieg tapfer und ritterlich gehalten / die Feinde überwunden und den Sieg davon getragen / oder auch die / welche mit Rath und That dem gemeinen Wesen wohl vorgestanden / und loblich regiert hatten / zu ihrem unsterblichen Ruhm und guten Andenken / schöne Säulen und Statuen mit ihren Bildnissen und Nahmen aufgerichtet und dargestellt ; ja man setzte wohl ihre Contrafaite gar in die Kirchen und auf die Rathhäuser / daß auch andere ihren Tugenden und Tapferkeiten nachzufolgen angereizet werden möchten. Begieungen nun diese etwas / so wider das Batterland ließ / oder sonst ihre meriten verdunkelte / wurden auf Zulassung der Obrigkeit obgedachte ihre zu Ehren gesetzte Seulen übern Haussen geworfen / auch ihre Bildnisse zerstört. Ja sie waren bey den Kommern so verhaft / daß auch keiner ihr Bildniß mehr im Hause haben durfste / sondern es wegthun / verderben und zerreissen mußte. Zobel. d. diss. tb. 8.

§. XVIII.

Hancque in rem quamplurima ibidem adducit Exempla. Sic etenim a Procuratore Regis Ludovici XIII. Poëta nomine Theophilus, in suprema Parlamenti Parisiensis curia reus læse Majestatis Divinæ factus , & ad tubæ sonitum ter , quanquam brevibus intervallis , per omnes plateas urbis citatus , ac in termino non comparrens , in ipsa causa principaliter condemnatus est : ut ante portam Ædis S. Virginis nudus , & linteo tantum indutus , manu tædam tenens , poenitentiam agat : inde deductus ad locum executionis la greve , corpus comburatur , una cum libro , cineresque dissipentur in aërem , idque si apprehendi possit , in corpore , si minus in effigie ipsius , quæ effigi debaret , ut quam fieri posset expressissime referret imaginem & habitum

bitum ipsius Theophili. vid. n. 41. & 42. Non minus etiam
notatu dignum est Exemplum, quod cit. Autor de Barre-
loto adducit, qui ex eadem causa damnatus fuit, sed post
mortem: Jam enim antea deceperat Avenione: is vero
damnatus fuit, ut e patibulo suspenderetur, confiscatis
omnibus bonis, & hujus quoque sententiae executio facta
fuit in effigie, tabula, quæ imaginem ejus continebat,
e patibulo iussa, id quod eodem tempore accidit.

S. XIX.

Nec prætereundum hic est istud singulare supplicii ge-
nus, quod Romani ob immanitatem criminis in Parrici-
das excogitarunt. Insui nempe voluerunt in culeum, sive
saccum ex corio confectum, vivum parricidii damnatum
una cum cane vipera, simia, & gallo gallinaceo, atque ita
in mare vel flumen præcipitari. §. 6. I. de publ. Jud. l. un.
C. de his, qui par. Cujus pœna singularis redditur ratio-
in cc. ll. ut scil. omnium elementorum usu vivus carere
incipiat, & ei cœlum superstiti, & terra mortuo auferatur.
Cur autem hæc potius animalia, quam alia adhibita fue-
rint, varias Ddres reddunt rationes. Et quidem canem
ideo adjectum existimant: ut ipse sceleratum ostendat ho-
minem & immundum, qui parentem occiderit: Nam Vir-
gil. L. I. Georg. canes obscenos sive immundos appellat,
dum canit:

*Tempore quanquam illo tellus quoque & æqua Ponti,
Obscenique canes importunæque volucres signa dabant.
Item Q. Horatius Lib. Epist. i. ad Lollium: quando ait:
vixisset canis immundus vel amica luto sus. Quidam etiam
hanc rationem assignant, quod canis teste Plinio L. 8. c. 40.
sit fidelissimum homini animal. Idcirco ad arguendam
parricidae infidelitatem constitutum, ut canis cum ipso in
culeum mitteretur. Duo namque contraria juxta se posi-
ta,*

ta, magis ut dicitur, elucentur. Alii, quod fame rabida
 percitus canis parricidæ corpore & cadavere pascatur. Ideo
 que Baldus in l. 1. C. de his, qui par. scribit: Parricidas in
 humatos relinqu debere, & canibus devorandos committi.
 Gallum gallinaceum huic poenæ idcirco adhibitum putant,
 quod Gallus non solum matrem saliat, sed patrem etiam
 immaniter incessat. Inde & insimul viperam ea ratione
 cum parricida culeo inclusam esse censem, quod illa simi-
 li sit delicto obnoxia: cum & ipsa exeso parentis utero,
 proruperit in lucem parentemque occiderit. Plin. L. 10.
 c. 62. Aliam rationem reddit Decianus Tr. de Crim. L. 9. c.
 16. quod nempe viperam maximum semper homini incutiat
 horrorem juxta illud Horatii L. 1. Serm. Epist. Cane pe-
 jus & angue. Ad Simiam quantum attinet: hæc eam ob
 causam adjecta censetur, ut nulla sit tam atrocis facinoris
 imitatio apud homines. Nullum quippe animal est, quod
 hominum mores perfectius imitetur, quam simia. Harum
 rationum quasdam etiam exprimit Gl. in Landreth L. II.
 Art. 14. vers. Nun mögstu sagen w. ibi: Der Hund zeiget
 an / daß ein solcher Mensch seine Eltern nie mit Ehren bekämpft
 hat / wie der Hund thut / welcher die ersten neun Tag blind ist/
 der Hahn bedeutet des Menschen Frevel / und durstigen Hoch-
 mut / den er an seinem Vatter oder Kind begangen hat. Die
 Mutter bedeutet solcher Eltern Unglück / dann von dieser Ge-
 bährung sagt man also / daß / wann sie sich gatten wollen / so
 steckt das Männlein sein Haupt in des Weibleins Mund / dar-
 von empfahet sie / und also beißet sie dem Männlein vor Wol-
 lust das Haupt abe / darnach / wann sie die Jungen gebähret /
 muß sie von ihnen wieder sterben: dann als dieselbe wieder ge-
 bohren werden / beißen sie sich aus der Mutter Leib / daran sie
 dann von stund an stirbt. Der Aff bedeutet eines Menschen
 Gleichnus / oder todtes Ebenbild ohne Werk / dann wie der Aff
 in

in vielen Dingen einem Menschen gleich ist / und ist aber doch kein Mensch / also ist der Mörder einem Menschen ähnlich gewesen / ist aber mit der That und Hersen kein Mensch gewesen / weil er so unmenschlich hat an seinem eigenen Blut thun dörfßen.

S. XX.

Quamvis vero hanc poenam propter crudelitatem, totius fere mundi consuetudine abolitam esse, multi magni nominis Dd. statuant: attamen eandem adhuc vigere nec per consuetudinem penitus abrogatam esse, afferere non non veretur Carpzov. cum Berlich. Heigio, Miller *Prax. Crim. P. I. qu. 8.* quandoquidem haec poena lege constituta semper ad huc loquitur, & in dubio usu recepta. Et licet tacito consensu etiam leges per desuetudinem abrogentur, hoc tamen quia facti est, luculenter & manifeste probari debet, nec sufficit ad probationem hujus, Doctorum quorundam testificatio, aut communis opinio, maxime quando est contra Jura scripta. Idque eo verius est, quod nec in constitutione criminali Imp. de abolitione hujus poenae, alteriusque substitutione quicquam reperiatur, quinimo in terris Electoratus Saxon. *Const. Elec. 3. p. 4.* expresse confirmata deprehendatur, ita tamen, ut, quia in hisce terris, simiae in magno pretio habentur, loco simiae felis adhibeatur, & loco viperarum, in charta seu linteo depingantur serpentes, & ita pictura cum parvicia facco inseratur inque flumen projiciatur. Carpz. c. 1. Moller ad. *Const. Elec. Saxon. 3. p. 4.* Berlich. p. 4. concl. 6. n. 15.

S. XXI.

Quod insuper pictura non solum utilis, sed etiam quandoque maxime necessaria sit, inter alios etiam testatur Ari-

D

stote-

stoteles, qui hanc artem summopere laudat, vultque, ut
 pueri illam ediscant: cum aliis plerisque artibus maxime
 necessaria sit; non modo sculpturæ & cælaturæ, quæ sine
 ea nullo modo esse possunt, verum compluribus aliis, &
 præprimis Architecturæ tam civili quam militari. Nec mi-
 nus etiam artis pictoriae necessitatem clare commonstrant
 illa negotia, in quibus dcsideratur ocularis inspectio. Hic
 etenim Judex in loco debet curare ejus rei fieri designatio-
 nem, que inspicienda & dijudicanda proponitur, ut quasi
 in speculo rem litigiosam intueri, & tanquam Nauta secun-
 dum mappam navis cursum dirigens, accurate videre pos-
 sit, quomodo se res habeat. Hoc autem cum absque pi-
 ctura recte expediri nequeat, multumque in hac depictio-
 ne situm sit: Idcirco Judex solers atque discretus, ne pi-
 cturæ falsitate seducatur aut decipiatur, re ita efflagitante,
 in hac oculari inspectione non tantum unum, sed aliquan-
 do plures peritos pictores adhibere debet, quia oculi plus
 vident, quam oculus. Semper tamen Judex id præsertim
 operam dabit, ut tales eligat pictores, qui nullo partium
 studio abrepti, rem, prout se habet, fideliter depingant.
 Justum etenim est, ut, si parti adversæ, pictor a Judice con-
 stitus videatur suspectus, utpote, quod forte producen-
 tis sit subditus, alius in locum illius substituatur, contra quem
 adversarius nihil excipere possit. Hinc & ad majorem pi-
 cturæ fidem, pictor adstringendus est Juramento, quo pro-
 mittente tenetur, se omnia diligenter consideraturum & de-
 picturum, nulli parti copiam traditurum, ac silentium,
 donec publicentur attestations, præstiturum, itemque
 omnem fraudem atque dolum absuturum, nihilque in-
 unius litigantium gratiam facturum. Præstito ad hunc
 modum Juramento, ipsi res depingendæ ostenduntur, quas
 postea solus depingit, depictas autem Commissario tradit.
 Qui

Qui si postea manifeſte videat, pictorem errasse in distan-
tia locorum, in finibus : aut quædam omisſe, quædam
præter ea , quæ ipsi demonstrata ſunt , addidisse : poterit
eundem hoc caſu adigere, ut conviſtus errorem corrigat:
non obſtantē eo , quod Artifici in ſua arte credendum ſit.
Nullus enim tam in arte eſt peritus , ut non errare poſſit;
cum ſit humanum , & quandoque bonus dormitet Ho-
merus.

S. XXII.

Prætermittenda hoc loco non eſt Quæſtio illa : Utrum
Commissarius, commiſſione (in qua nulla pictoris facta eſt
mentio) acceptā, parte petente, pictorem adhibere poſſit?
Et licet ſint nonnulli Interpretes , qui negatiu[m] deſen-
dunt, moti potiſſimum hac ratione, quod commiſſiones ſint
ſtriſti Juris, ubi nulla extenſio locum habet, ſed unius in-
cluſio eſt alterius excluſio. Attamen affirmatiuam verio-
rem eſte, vel ex ſola clauſula, commiſſionibus adjici ſolita:
Und ſonſten alles thun / was die Nothdurft erfordern wird Σ .
judicari poſteſt. Nam cum alias commiſſiā aliqua re, omnia
ea commiſſa videantur, per quæ veniſt ad illam , & ſine
quibus commode expediti nequit , perinde ut in Juridi-
cione, ubi omnia confeſſa videntur, ſine quibus ea com-
mode exerceri nequit. 1. 2. ff. de Jurisdictione. utique & hic
commiſſa ceneſebitur pictoris adhibitio ; præprimis quia
multæ commiſſiones abſque pectori non recte poſſunt ex-
pediri. Cui accedit, quod Judex ex hac pictoris delineati-
one commodum magnum, interpretationemque deſcri-
ptionis loci ſentire, adeoque Commissario eam ex neceſſi-
tate fuſcipienti, in malam partem id interpretari non de-
beat ; cum alioquin Judices in ea decernenda ſint faciles.
Vix enim , aut fere nunquam , ubi pector , vel pectora rei
petiſt, ſolet ea a Judice parti denegari, ergo nec hic eum

§(28)§

succensere Commissario existimandum est, prout recte
monet Ruland. *Tr. de Commission.* L. 4. c. 21. n. 4.

§. XXIII.

Cum igitur haec ars pictoria, prout hactenus demon-
stravimus, tam excellens, tam utilis tamque necessaria sit:
idcirco non immerito jam olim etiam variis condecorata
fuit privilegiis; Sic enim non solum (ut supra ostensum)
inter modos acquirendi rerum dominia relata, sed etiam
in primum gradum liberalium recepta, talisque honor ei
fuit, ut ingnii causa exerceretur, perpetuo interdicto, ne
servitia docerentur. Inde & non puduit Fabium Patriitum,
illum Romanum, optimo genere oriundum, qui Maj-
orum suorum nobilitatem ab Hercule usque recensebat,
pictura exerceri, & ab ea cognomentum accipere. Nec
diu post paenituit Marcum Antoninum, doctissimum & san-
ctissimum Imperatorem, operam picturæ dare sub Diogene
Præceptore, quamquam illustrioribus disciplinis indulge-
bat, & Magistris quibusque eruditissimis utebatur. Legi-
mus etiam Platonem picturæ studiosissimum fuisse, & Ci-
cero in ea eruditos oculos se habere afferit, vid. F. Patriit.
de Instit. Reipubl. L. I. T. 10.

§. XXIV.

Porro & multa alia privilegia, artis pictoriæ peritis
concessa esse, patescit ex L. 8. C. de Metat. & Epidemet.
L. 12. ubi Imperator Theod. & Valent. in hæc verba re-
scriperunt: Archiatros nostri Palatii, nec non urbis Ro-
mæ & Magistros literarum pro necessariis artibus, vel
liberalibus disciplinis, nec non picturæ Professores (si mo-
do ingenui sunt) hospitali molestia, quoad vivent, liberari
præcipimus. Ex quibus verbis clarissime patet, quod jam
olim

olim pictores, Professores picturæ vocati, aliisque liberarium artium Doctoribus & Professoribus conjuncti, & ab omni hospitandi onere & molestia, quoad vivunt, liberati sint. Qua de causa insignes & præclaros pictores, Nobilibus etiam conjungi, & nobilitari posse, insignes J. P. Ddres concedunt, dicentes: nobilitatem esse virtutis præmium, & nihil referre, sive virtus sit sagata, an togata, juxta trium illud:

Vel Marte, vel Arte.

h. e. vel gloria bellica, vel arte & scientia. Quod si igitur propter artem vel scientiam nobilis quis esse potest, sane & pictores nobilitari poterunt, quia, ut supra demonstravimus, hæc ars est pretiosissima & ingeniosissima. vid. Bodin. *de Republ. l. 3. c. 7.* ubi inquit: *Picturam & Statuariam Græcorum & Latinorum opinione nobilitatas accepimus.* Inde testatur Etienne Pasquier de Recherche de la France *L. 2. chap. 15. p. 166.* jam olim apud Gallos fuisse receptam hanc distinctionem: *Entre les Chevaliers des Armes, & les autres Chevaliers des loix, ou de Lectures.* Lymnaeus quoque exemplum refert, quod pictor Gentilis Bellinus ob excellentem in arte pingendi peritiam Constantinopolim evocatus, & a Selime II. Turcarum Sultano in Equestrem ordinem cooptatus fuerit. vid. cit. *Aut. de Jur. Publ. L. 6. c. 1. n. 57.* confer. Franciscus Mennenius in *Delic. Equestr. Ordin. de Equit. apud Ture.*

S. XXV.

Hæc autem privilegia pictorum modo recensita hodie maximam partem in desuetudinem abiisse, unusquisque facile judicare poterit, qui hodiernum statum, cum antiquo comparaverit. Quod enim moribus hodiernis, hæc aplerisque non famæ, sed famis sedandæ gratia exerceatur,

& operæ pictoriæ viliores ad operas fabriles referantur, quotidiana satis demonstrat experientia, utpote quâ manifeste constat, quod pictores ad opifices referantur, peculiare opificum collegium constituant, certisque articulis collegialibus utantur. vid. Strassburgl. Anno 1660. revidirte Kleider-Ordnung ibi: gemeine Mahler / Kärber / Kürßner / Kunst-Mahler. conf. Besold. Thes. Tract. in fin. voc. Handwerker. Faciunt hoc in primis ea, quæ habet Struv. Dec. Jur. Opific. dec. 97. ibi: Non ad pictorum sed ad statuariorum, vel Sculptorum labores pertinet die Gehauenen / und Bilder auszustaffiren / nisi contraria consuetudo probetur. Uti testantur Acta coram Magistratu Erfurtensi per Responsum Facultatis Jenensis confirmata.

Beschied der Herren Aeltisten / und Vieren in Erfurth.

Auf vorgebrachte Klage und daran erfolgte Antwort / in Streitigkeiten eines Erbarn Handwerks der Mahler / Klägere an einem / dann Hamm Friedemanns / Bildschnitzers / Beklagten / am andern Theil geben unsre Herren / die Aeltisten und Viere diese Weisung: Weil aus der / von den Mahlern producirtten Handwerks- Ordnung klar zu vernehmen / daß niemand in dero Handwerk zu arbeiten sich unterstehen soll / der nicht darein kommen sey / und anders nicht befunden worden / dann daß das Bergulden und Aufstaffiren der geschicktesten Tafeln und Bildern der Mahler Arbeit sey. Als soll beklagter Friedemann sich deßen / wie auch sonst insgemein den Mahlern in ihre Arbeit zu greissen / bey Verweidung dero der Ordnung einverleibten Straße / und sonst nach Befindung der Wiederhandlung / und ernsten Einsehens / hinsüphro gänzlich enthalten. publ. d. 21. Aug. 1627.

Huc porro referri meretur, Extractus aus der Mahler/ Rie-
mer

mer und Sattler zu Erfurth gesamten Ordnung sub dato 1598.
 Item Conclusio der Mahler: Zunft verbis: Das Riesen/ aus
 freyer Faust zu mahlen / staffieren / laxiren / marmoliren / auf
 den Glanz zu vergulden / gehöret den Mahlern; den Bildschni-
 gern gehören Meissel / Schnizer und andere Eisen und Stahl-
 werk. Die Mahler richten allerhand Farben zu / gebrauchen
 Pinsel. Die Goldschmiede haben ihre Schmelzglas / dem sie
 die Farben nicht geben. Die Buchbinder müssen die Stücke
 beym Feuer erhitzen / ehe sie das Gold aufrägen. Schiverdtfeger/
 Zopffer und Glaser gebrauchen das färben / mediante igne.
 Der Kartennacher Handthierung ist ohne Staffierung / wie
 auch der Tüncher Arbeit/ welche ausschmieren / dick und dünne/
 es gerathet wie es wolle. Wann eine Verflüssigung sich ereignet/
 wissen die Mahler wohl zu helfen. Ein Bildschnizer mag seine
 Bilder mit schnizzen aussstaffieren/ dieselben richtig formiren/ und
 ihnen eine rechte proportion geben / aber nicht durch färben mit
 Pinseln und Glanzgold aussstaffieren / zu stöhren und zu pfuschen/
 und falcer in alterius messlem zu immittiren.

§. XXVI.

Quæ cum ita sint, nemo nostrorum temporum facile
 afferet, quod pictores adhuc hodienum, sicut olim, tot ac-
 tantis adhuc fruantur privilegiis. Quod enim olim picto-
 res, Doctoribus & Professoribus liberalium artium conjun-
 eti, & a muneribus personalibus exempti fuerint, istud for-
 san ob raritatem excellentium pictorum in gloriam artis
 constitutum & introductum fuit: postquam vero mo-
 ribus hodiernis pictorum collegium opificis, operæ
 pictoriæ fere ad operas fabriles referuntur. vid. Barbosa
 L. 14. cap. 34. Ax. 2. Idcirco vel ex hac sola & unica
 ratione dijudicari & decidi poterit, potiora eorum
 privilegia aliquatenus evanuisse, licet non penitus ne-
 gandum, eos nonnullis in locis adhuc certis quibusdam
 privile-

privilegiis gaudere, sic, ut neque munera personalia subire, neque etiam inviti quenquam hospitem recipere tenantur. Id quod unumquemvis Magistratum vi Jurisdictionis territorialis facere posse, satis patescit ex *L. un. C. de his, qui a Principe. l. 1. C. de oper. publ. Klock. Tr. de Contrib. C. 16. P. I.c. 12. n. 36.*

S. XXVII.

Præterea notandum, quod quamvis novum istud Remedium *l. 2. C. de Resc. Vend.* in aliis emtionibus & venditionibus, tam rerum mobilium quam immobilium, locum obtineat, & tam ad venditorem quam emtorem pertineat: attamen illud in venditione picturarum excellentium Artificum ne quidem hodie locum habere possit, idque ex supra & sæpius allegata ratione: quod harum picturarum pretium non tam ex re ipsa, quam potius picturarum raritate & affectione hominum desumptum sit, adeoque læsio ultra dimidium probari non possit. arg. *l. 26. §. 12. ff. de Condit. Indeb.* Porro licet beneficium *l. 2. C. de R. V.* alias etiam ad contractum locationis & conductionis extendi possit: attamen nec istud ad eum casum, quo quis conducentis operas pictoris excellentis, in pensione mercedis se læsum putat, porrigenendum esse, ex eadem ratione defendi potest, quod ars pictoria tam excellens sit, ut aestimationem non recipiat, vid. Scheffer, *de Arte pingendi* §. 7. p. 24. & seqq.

S. XXVIII.

Tandem Coronidis vice quædam etiam de Abusu picturæ apponere placet. Cum enim nullius rei usus legitimus & verus ita constans sit & perpetuus, ut humana malitia illius cancellos non interdum transgrediat, hocque ipso verum usum, ejusque inde profuentem

tem utilitatem subvertat: idcirco saepissime etiam Artis pictoriae usus legitimus, qui per se utilissimus est, hominumque commodo maxime inservit, ut supra docuimus, ex perversis hominum moribus degenerat in abusum, ut loco utilitatis nihil nisi damnum atque pernicies exinde propullulet. Exemplo nobis sunt picturæ venereæ, quæ haud immerito dicuntur irritamenta malorum & hami juventutis. Klock. *de Ærar. L. II. c. 96. n. 10. II. 12.* Quantopere enim picturarum venereæ, nudarumque foeminarum imagines, aliaque corporum lineamenta arte pictorum, naturam imitantia, oculisque subjecta, animos lubricæ juventutis ad vitia & peccata incitent & erudiant, quotidiana docet experientia. Id quod & in se Chærea, Adolescens Terentianus ille, satis compertum habuit, inquiens:

— *Virgo in conclave sedet,
Suspeditans tabulam quandam, ubi inerat pictura, bac
Jovem,*

*Quo pacto Danaæ missæ ajunt quondam in gremium
imbrem aureum.*

*Egomet quod id spectare cœpi, & quia consimilem
luserat,*

*Jam olim ille ludum impendio magis animus gaudebat
mihi.*

Ecce etiam atque etiam

*Peccandi causam quam multis saepe dederunt
Picturae.*

Ovid. *L. II. Trist.*

Inde optimo consilio, sapientes Patres Concilii in Trullo vetuerunt, tabulas pingi lascivas. vid. Casaubonus *ad Suet. Tiber. c. 43.* Aristoteles *Polit. 7. c. 17.* quoque ad officium Magistratum partinere monuit, curare, ne quid pingetur, quod actiones feceras repræsentet. Sic etiam Typographi,

¶ 34) ¶

graphi , Sculptores & Pictores ad infamiam alicujus , tale quid facientes & divulgantes , amissione libellorum famosorum , potestatis excudendi libros aliave poena arbitraria puniuntur . Carpzov . P. IV . c. 44 . d . 5 . n . 1 .

§. XXIX.

An vero pictura famosa ad infamiam alicujus facta , famosi libelli appellatione continetur , quæri poterit ? Et licet alia censeatur scriptura , alia pictura , adeo species illæ disparatæ confundi non debeant . §. 33 . ¶ 34 . Inst. de Rer. Divis . c. 9 . §. 1 . ¶ 2 . ff. de Acqu. Rer. Dom. attamen quod eadem sit conditio & poena famosæ picturæ , quæ libelli famosi , non obscurum est , per textum in L . §. 5 . pen. ibi : aliudve quid sine scriptura in notam aliquorum produxerit . ¶ c. ff. de Injur. quinimo istud quoque arguunt Recessus Imperii habiti Augustæ 1530 . §. Und nachdem die unordentl. Druckerey ¶ c. ibi : Schmähchrift / Gemäßhd oder verglichen . it. 1548 . tit. von Schmähchriften / Gemäßhiden . ¶ Spiræ 1570 . §. Zum andern soll auch kein Buchdrucker ic. cum duobus §§. subsequentibus . ¶ Francof. 1577 . tit. 35 . unde scriptam injuriam , in famosum libellum & famosam picturam , non insulse distinxisse videtur Althusius L . I . Jur. Rom . c. 52 . ¶ L . I . Dicæolog . c. 124 . n . 5 . ¶ 6 . s . 447 . Eadēm de re videri potest Farinacius L . III . Prax . Crim . qu . 105 . n . 471 . & Berlich . P . V . Conclus . 67 . n . 51 . cum seqq . p . 680 . Sed & si sculptile aut fusorium opus , in alicujus infamiam fecerit aliquis , aut ab alio factum injuriose protulerit , quin similis sit ei , qui famoso libello aliquem traduxit , non dubitatur , ut indicat did . Rec . Imp . Aug . de An . 1548 . tit . von Schmähchriften / Gemäßhds und Gemächts . S . Ferner gesen / ordnen und wollen wir . vers . Dergleichen auch . ibi : gemahlet / geschmiedt / gegossen oder gemacht . it . d . Rec . Spir . de An . 1570 .

J. Wies

§. Wiewohl auch auf etlichen, tum etiam d. Rec. Imp. Francof.
de An. 1577. tit. 35. §. Und sezen/ordnen und wollen wir.

S. XXX.

Cæterum quod ejusmodi pictura famosa, itemque famosus libellus judicari debeat, non tantum si ficto aut occulto Autoris nomine edatur, sed etiam si nomen subscriptum & expressum sit, satis probatur ex l. 5. §. *Et quis librum. 9. vers. Etiam si ff. de Injur.* ubi perspicue subinnuit Ulpianus, famosum libellum esse, sive quis eum nullo, sive proprio sive alieno nomine expresso composuerit. Idem etiam probatur cumprimis in Recess. Imp. Francofurt. An. 1577. Tit. Von Buchdruckern/ Schmähchriften 35. §. Und sezen/ordnen/verb. Es habe der Autor seinen Rahmen darunter gesetzt oder nicht. conf. Ord. Crim. art. 110. Porro & ejusmodi famosæ picturæ aut famosi libelli Autorem puniendum esse putamus, sive falsum sive verum crimen alicui objecterit, seque ad probationem illius obtulerit, pet cit. Art. 110. Ord. Crim. ibi: Und ob sich auch gleichwohl die ausgelegte Schmach der zugemessenen That in der Wahrheit erfunde / soll dannoch der Ausrufer solcher Schmach nach Vermöge der Rechte und Ermessung des Richters gestraft werden, confer. l. un. C. de famos. libell.

S. XXXI.

Tandem huc etiam referri merentur ea, quæ de abusu & stoliditate harum picturarum, ceu nimis curiosa ac non necessaria supellecstile eleganter proponit Klock. in *Tr. de Brario L. 2. c. 96.* his verbis: Vesana quoque cupiditate copioſæ, pretiosæ ac non necessariæ supellectili (quam onerosam & turbidam rerum colluviem appellat Franc. Petrarch. *Dial. 36.*) inhiant multi, qui picturis superbe vestiunt parietes,

fictores, rerum pretiosarum pompa in suis domibus explicant, illasque vice templorum ita exornant, ut eas ingressi non minus attoniti stent, quam ille Telemachus, qui in domo Menelai eximiam conspicatus supellestilem, inquietabat:

*Nempe hujuscemodi est, qua regnat Olympius aula
Jupiter, ut multis hec ornatissima rebus,
Resplendet: me cernentem veneratio tentat.*

Aulæis & picturis gaudent, in quibus videre licet sylvias, omne genus ferarum, arborum & volucrum & hominum vultus, & quæcumque vel oculus vidit, audivitque auris, vel mens finxit. Petrarch. *Dial. 40.* In penicillo, pictisque tabulis & coloribus delectantur, in quibus & pretium & ars placet ac varietas, & curiosa dispersio. Petrarcha *d. l.*

Sicilicet in domibus vestris & præsca virorum

Artificis fulgent corpora picta manu.

*Sic quo concubitus varios, Venerisque figuræ
Exprimunt, est aliquo parvo tabella loco.*

Ovid. *L. 2. Triß.*

Sic proprio, atque a summo Opifice insito bono, formâque tam mirabiliter pulchrâque structurâ neglectâ, in extenis ac sepositis rebus bono tantummodo queruntur. Quanta hæc est stoliditas? Rationem corporis nostri inspicere & contemplari nobis licet, in eaque magnam illam providentiaæ vim intelligere datur: ast istâ sepositâ, pictæ nos magis delectant tabulæ & tapetes. Quis levitatem horum non rideat? Risit Socrates Archelaum Macedoniam Regem, quod quadraginta minas in domum suam impenderat, conducto mercede Zeuxide Heracleota, qui picturis eam exornaret, seipsum vero nihil: & ob hanc causam multi e longinquis terræ partibus, magno studio,

con-

contemplandæ domus causa veniebant, ipsius vero Archelai gratia nemo in Macedoniam proficisci cebatur, nisi si quem forte persuaderet pecuniis, & muneribus inescaret, quibus tamen boni honestique viri capi non possunt. *Ælian. L.14.*

c. 17.

§. XXXII.

Ridendi haud minus ii, qui præter picturæ, adhuc alias ejusmodi generis res voluptuarias & ludicas ad domus ornatum hodie conferunt, atque omnia potius visenda quam semet efficiunt. Ne dicam feeda sub ejusmodi curiosa ac non necessaria supellestili latitare vitia: scilicet Religionis neglegitum, pauperum contemtum, divitiarum profusionem, ob quæ divina vindicta provocatur. Nihil magnificum, ac divinum suscipere possunt, qui suas cogitationes abjecerunt in rem tam humilem, contentam, qualis est hæc superflua & invidiosa supellex. Mens pretiosæ supellestilis superstitioni obnoxia, religioni adversa est. Egregie D. Hieronymus ad Gaudentium: Auro, inquit, parietes, auro laquearia, auro fulgent capita columnarum: at nudus atque esuriens ante fores Christus in paupertate moritur, dumque insufficientiam pleni opibus in se alunt, omnia dant domibus, nihil Domino, qui nos vult egenites alere. *Lactant. de vero cult. L. II. cap. 2.*

§. XXXIII.

In primis autem Hollandis supellex omnis non nitida & picta modò est, sed luce sua velut auri fulgorem reddens, ita radios de se emitit. Utensilia etiam quævis abjecta, quibus domesticæ fordes tractantur, expurgatissima sunt. Focum splendere malunt, quam fumo obfuscari, quorum utrum præferas, merito multi addubitant. Trabium præcipua cura est, Has adscendere non licet, nisi calceis exutis.

E 3

Si

Si quis illas cœno leviter conspurcaverit ; graviter præser-tim fœminæ indignantur. Exspundi locus non datur , adeo ut Aloysius Marlianus D. Med. in *Epistola ad Hieronymum Buslidianum , Arriensem Præpositum*, natam ibi pu-tet eam anilem fabulam : Cum duo amici cœnarent in loco tam piëto , ut nefas videretur , sputo aliquam particulam oblinere, in malefactam socii faciem , natura forte simulante dum eam faceret , exspuisse. Unde commoto altero, parce inquieti , respondisse , Amice , nihil facie tua turpius hoc in loco oculis meis fuit. Hinc desideratissimus Paræmio-graphus Desiderius Erasmus Roterodamus ad *Adagium : Auris Batava*, in domesticæ , inquit , supellectilis nitore , palmam uni concedunt Hollandiæ negotiatores , quibus pleraque pars Orbis est peragrata.

§. XXXIV.

Hanc igitur superflorum Ornamentorum , pictura- rum tapetiumque magnitudinem , inanem domuum appa-ratum , vitiosum appetitum & vermem divitiarum , insi-gnemque stultitiae humanae testem , qui nihil , nisi levita- tem , vanitatem , insaniam abundantiamque spirat , legibus sumtuariis ac pragmaticis sanctionibus earumque severa executione castigare , & impotentes

*Domare fastus addecet,
Acrique cura expendere.*

Baud. *L. I. Sapient. Civil.* ut ignobile mercatorum vulgus & proletarii domuumque cultores , qui juxta Euripidem in Bacchide

*Sua cœci infictia ,
Et sani correpti opinione glorie ,
Neglectui cultus habent ,*

adamant-

adamantque magis ea , quæ ex inanissimis splendoris insignibus collecta sunt , posthac probitati atque industriae virtutique , non sumtibus aut divitiis studere discant. Klock.
supra cit. loc. Atque hæc sunt , quæ de hoc proposito argumento in medium afferre placuit. Paucis nunc agendum quoque esset de Affinibus huic picturæ , nimirum Cælatura , Statuaria itemque Poësi : verum cum de iis ex præcedentibus aliquatenus constet , idcirco hæc de proposita materia pro instituti ratione levi penicillo adumbrasse sufficiente.

S. D. G.

J Urane picturis dantur ? Jus dicere pictum
An decet , & priscas effigiare Dicas ?
Et DEVS est pictor : Per divos Ille Prophetas
Semet , & res Biblicas effigiare solet .
Erigonen grator pictam , chelasque sequentes
Justinianæas , suavis Amice , Tibi .

Ita Nobilissimo Dn. Autori , Auditori suo
hactenus assiduo , Amico carissimo ,
votive applaudit

PRAESES.

Quid

MS(18)50

Quid valeat virtus, quis splendor sit studiorum,
Ingenii factu DVL CIS AMICE ! probas :
Nobilibus MAGNI GENITORIS passibus instas,
Quæ sint Pictorum debita Jura docens.
Sic Tua Pictorum studio splendescet Imago,
Æraque fulgebunt Nomine pulchra Tuo.

Prænobilissimo DN. AVTORI, Fautori
atque Cognato in paucis colendo,
exiguis hisce fida manu, invita licet
Minerva positis, de egregio Erudi-
tionis rarioris specimine ex animo
gratulatur

IOHANNES CHRISTOPHORVS ROMIG,
SS. Theol. Stud.

Artis Apelleæ docte dum Jura dedisti,
Et quid præcipiat sancta potensque Themis.
Pulcra Tui ingenii chartis mandatur imago,
Quam scitus Zeuxis Parrhasiusque stupent.
Ergo age linque suam magnis pictoribus umbram,
Cui summum quis non vindicat artis opus?
Hoc insigne Tua est nobis in imagine visum,
Vmbrae quod tristi nullus ubique locus.

Tempi isto carmine Prænobilissimo atque in Scientia
Juris optimarumque artium omnium egregie
versato DN. AVTORI, Amico suo sua-
vissimo, applaudit, studiorumque successus
prosperos porro precatur

IO. ADAMVS FLESSA,
SS. Theol. Sud.



ULB Halle
002 382 989

3



TA -2a



7077. 3
DISPVITATIO JVRIDICA
DE EO 1716, 3
QVOD JVSTVM EST
CIRCA
PICTVRAM
QVAM
DIVINA ASSISTENTE GRATIA
SVB PRAESIDIO
DN. IOHANNIS GEORGII
FICHTNERI
J. V. D. ET INST. IMP. PROF. PVBL.
PATRONI AC PRAECEPTORIS SVI
AETATEM DEVENERANDI
PLACIDAE DISQVISITIONI
SISTIT
AVTOR ET RESPONDENS
JOHANNES FRIDERICVS BONHOEFFER
HALA SVEVVS
AD D. FEBRVARII MDCCXVI.

ALTDORFI NORIC.
LITERIS IODOCI GUILIELMI KOHLESII ACAD. TYPOGR.